

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Mandatum i
cum fonte primo

Sunt mandata que duris atque carnalibus imponuntur animis ex lege uite et discipline, et sunt olera dispensationis que infirmis et pusillis corde de respectu misericordie apponuntur, et sunt consiliorum solida forciaque que ex intimis sapiencie proponuntur sanis.

Bernardus super Cantica.

Nam sunt mandata, quae duris atque carnalibus animis imponuntur ex lege vitae et disciplinae, et sunt olera dispensationum quae infirmis et pusillis corde de respectu misericordiae apponuntur, et sunt consiliorum solida fortiaque, quae ex intimis sapientiae proponuntur sanis, et qui exercitatos habent sensus ad discretionem boni et mali.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 76, 9 (SBO 2, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.260, ll.1-5).